

Nobilissime et Amplissime Vir,
Domine Observandissime,



Non tanti sunt Musæ, aut Charites meæ; ut illæ laudem; Sæ vero gratiam mereantur illam apud Ampl. tuam. sed utrobique Humanitatis tuæ geniū agnosco et veneror; tum etiam veterem in me benevolentiam, quod meam esse aliquid tenuitatem putas, quia est mea.

Refractiones coelestes et phaenomenū solis in suppellectile mea libraria fuisse quondam, memini. at frustra quæresibi; si vero ad manus redibunt meas, tua erunt. facile mihi erit similia exemplaria inuenire. eam operam et tibi et mihi debeo, ne animū tuūm grabatioribus intentū, is tuiusmodi cura tangat. De Metoptice rem recte putas; at non ita mihi impūtas facultatem, præceptori meo, mirandā quadam sorte partam, ne propriam dicam, cuius sint alij exsortes. Adobero etiam, qui Patabij Magino successit, plurima tribuo. nam magni Geometre nomen sustinuit in promobenda recti et curbi proportionē, cuius editionem proximē ad finem perducitam vidi, quando apud illum eram. non dubito quū Saut alium se nature indagatorem probabit, si quando Catoptricas et Dioptricas propositiones in lucem dabit, quarū adversaria mihi ampla exhibuit. Inbitante me Venetij vitreariā arte, ex purissima materia fundi curbi prima Geometrica corpora. ut si forte Mathematicū probincia mihi contingeret, studium collocarem in obserbanda διακλιση radiorū ad alias atq; alias superficies. nam in naturalibus rebus Apolloniū etiam et Diophantū operam ludant, neq; Mathematici sint; nisi certissima experimenta, demonstrationū faciant principia. Demerendæ posteritati natū Snelliū noster, in extremis singularem affectū professū fuit, cum profiteri studia amplius non posset. nam testamento edixit; ut, nisi filius, paternis insistens vestigijs, Mathematicis operam nabet, oēs libri scriptaq; oia ad Sæce disciplinas pertinentia, quæ post se relicturus erat, Academia adderentur. quamobrem Saut grabe mihi futurū spero, impetrare à tutoribus, quondam notis mihi atq; fabentibus, potestatem lustrandi summi artificis lineamenta, quibus luminis tenuem et fugientem naturam descripsit. non ut ego ^{me} prouipiens è tribuo

Hug. 37.

è tribio, Apellis tabula manum admoveam, seu, quod detestor, inferam,
sed ut, qualia sunt, aliorum oculis exponam, ad gloriam inventoris, præcep-
toris et amici quondam de me quam optimè meriti, ampliandam; et aperi-
endam artis viam in commune bonum. Theon, in scholis suis ad
magnam Ptolomæi Syntaxin, Dioptricen Archimedis producit.
eandem Arabicè extare, aliquando legi; at videre eam nunquam
contigit. Procùl dubio rem acù tetigit admirandus ille vir, qui in
hoc disciplinarum genere adrogasse sibi jure videtur fastuosum illud,
quod alij in Arithmeticis et Geometricis profitentur, Arte Analy-
tice freti, nempe, nullum non problema solvere. Habeo in peculiis
librario, quod ex oriente adduxi, Arabis cujusdam doctissimi optica,
cui Abū Heitem nomen, in quibus plurima quoque de refractione.
at dubito an non Alhaseni opus sit; idem enim prænomen et meus
auctor habet. conferre nondum vacabit; presentim cum altero licet impres-
so in Germania, Sactenis carui. Vidi, cum agerem constantinopoli,
Aegyptij cujusdam, nempe Aben Marufi, opusculum de visione refracta,
ille ante aliquot annos delectus Imperatoris morati Astronomus
et observator fuit, postquam Mathematicum amore captus oes fere
Orientis populos et bibliothecas adierat, et commentationibus varijs
famam extenderat. at ære nullo, precibus nullis extorquere ejus
scripta potui, ab ijs amicis, qui habebant; licet in alijs rebus
maximè mihi haberent. Hoc saltem discendenti polliciti fuerunt, se
curaturos, ut exemplar mihi describatur. repetitis precibus per
litteras instabo; et quidem eò diligentius, ut materiam nanciscar
gratificandi Ampl. tue, si tantum ab ingenij infirmitate sperare
possim.

Diem unum atq; alterum exegi in litore nostro cum industrio artifice
Julielmo Casio, qui orbis Terrestris accuratam dimensionem diu meditatus
nunc ferè absolvit. litore Hollandici rectitudo et equalitas, inter
Septentr. et Austr. ferè exporrecta, studium ejus viri excitabit, nam
aliud præstanti adeo opere litus similiter à natura accommodatum,
quantum quidem constat, non habet orbis. ante annos octo, in utroque ejus
extremo termino, stellæ polaris altitudinem, ad minimi conciam, obser-
vabit; nunc interjectum terra spatium dimetitur, rotâ affabre factâ
quæ non nisi rectâ lineâ tolli, et per tympana scite disposita
quoscuq; circuitus peragit, sine ulla erroris suspitione indicare potest.

ea demum diligentia ubique utitur, qua perfectum Geodasie opus dabit.
Eratosthenes Batabus Snellius nos ter de ea palma praeclare certabit,
et summam reportabit laudem. sed videtur scrupulosa et lubrica
dioptraum ratio, non extra omnem suspicionem esse fallacinationis,
in dimetiendis locorum distantijs adhibita. Orientis quondam
Imperator Mamon, sub eodem meridiano, duos Astronomos procede-
re jussit, in Singjari deserto patentissimo, et aequatissimi soli (ibi
Palmira olim fuit) alterum versus septentrionem; alterum vero Austrum
versus; donec illi gradus uno attolleretur polus; Sic autem depri-
meretur. demum terrae spatia per Geodetas solertissimos extensis
catenis mensurata fuerunt, et reperta sunt ambo convenire.
at licet veteres, ut posteritati mensuras adhibitas exprimerent, in
Sordei grana, ventribus, ut loquuntur illi, juncta, eadem secuerunt;
dubitandi tamen principium idem reliquerunt. de Cosij opera dubita-
re nullus poterit, nisi qui dubitare semper velit. sed negandi
finem facio et molestiae desino, quam exhibui tibi semper occupatis-
simo. unum modo addam, quod solum possim, vota et preces, pro
diuturna rerum tuarum salute, et plenissima Illi Principis
Victoria atq; triumpho. Vale presidium vitae et dulce decus meae.
Dabam Haga-Comit. xi Calend. Sext. 1117 Lxxix.

Observantiae officium jubet.
Illis quoque Viris deo.
Witsio et Livio felicitatem
omnem precari et salutem ex
animo dicere plurimam.

Ampliat. tuae

Devotissim
Golius

Nobilissimo et Amplissimo Viro
D. Constantino Huygens
Illustriss: Principi Auriaco
à secretis.

In Castris ad Syl. die.

21. Jul. 29.

